AUGUSTINUS
Salzburg, St. Peter, Anfang 9. Jh. Seite 447
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Haec bella magna erant crebra erant contra dm̄ impietas. demi
cabat. & uasa fictilia. conterebantur. praesumendo. de se ho
mines. de uirtute sua multum praeualendo cuius rei scutum etiam
iob dixit de quodam impio. cucurrit aduersus dm̄ incrassa ceruice
scutis sui. Quid est incrassa ceruice scuti sui nimium praesumendo de
protectione sua; Numquid nam isti tales erant qui dicebant;
Ds noster refugium & uirtus adiutor in tribulationibus quae inuene
runt nimis; Aut in illo psalmo. Non enim in arcu meo sperabo
& brachium meum non saluauit me. Quando quisque cognoscit
quia in se ipso nihil ē. adiutorium de se nullum habet arma in
illo confracta sunt bella. sedata sunt; talia ergo bella dele
uit uox illa altissimi de nubibus scīs quaterra commota ē. incli
nata sunt regna. abstulit haec bella usque ad fines terrae;
Arcum conteret. & confringet. arma. & scuta conburet igni;
Arcum arma scuta arcus ē. insidiae; Arma publica oppugnatio;
Scutum uanae praesumptionis; protectio ignis quo ista
rum conburuntur. de quo dn̄s ait; Ignem ueni mittere in
terram de quo igne dicit psalmus. & non ē. qui se abscondat
a calore eius; feruet igne isto & nulla in nobis impietatis arma
remanebunt; Necesse ē. ut omnia confringantur conte ran
tur cum burantur. remaneas inermis non habens ullum ad
iutorium tuum. & quo magis infirmus es nulla tua arma ha
bens. tanto magis te suscipit de quo dictum ē. susceptor noster
ds iacob; Ualebas enim. quasi pro te conturbaris in te
pro de arma quibus praesumebas; audi dm̄ dicentem; suf
ficit tibi gratia mea; dicito tu quando infirmor tunc fortis sum.
apostoli uox ē. omnia arma perdiderat tamquam fortitu
dinis suae qui dicebat. ego autem non gloriabor nisi in infir
mitatibus meis. uelut si diceret non curro aduersus dm̄ incras
sa ceruice scuti mei. Qui prius fui blasphemus & persecu
tor & iniuriosus. sed ideo misericordiam consecutus sum ut in
me ostenderet xp̄s ihs omnem longanimitatem in eos qui credi
turi sunt illi in uitam aeternam; Auferens bella usque ad
fines terrae. Quando autem dn̄s nos suscipit numquid inermis
dimittit. armat nos sed aliis armis euangelicis ueritatis. conti